

MCCCLXXXV, Giugno 6.

*Giovanni di Cafa (di Crimea) Armeno fa procura alla sua moglie per i suoi averi nella Camera dell'Armamento.*

Die VI. Junij. Committens comito. Ego Joannes Armino de Gaffa habitator Venetiis in confinio Sanctorum Apostolorum tibi Margherite de eodem confinio uxori mee dilecte. Ut a modo in antea pro me meoque nomine plenam virtutem et potestatem habeas inquirendi, interpellandi placitandi et respondendi, advocates precepta et interdicta tolendi, legem petendi sententias audiendi et executioni mandari faciendi, exigendi omnia mea bona tam a camera armamenti quam a cunctis mihi dare debentibus ubicumque et apud quoscumque ea vel ex eis inveniri poterit cum cartis sine cartis cartas securitatis et omnes alias cartas et instrumenta ac quicquid aliud inde necesse fuerit faciendi sicut egomet facere possem et deberem si presens essem. Et si opus fuerit in anima mea iurandi. Promittens etc. secundum usum.

Testes : Presbiter Dominicus plebanus.

Presbiter Nicolaus de Papo.

Presbiter Marcus diaconus.

Nicolaus clericus omnes Sanctorum Apostolorum.

(Archivio di Stato in Venezia, Sez.<sup>e</sup> Notarile, Cancelleria inferiore, Atti Campio Giovanni, c. 45 t<sup>o</sup>. Cassa II. Cassella I. Filza 7).